



I.

Goldene Bulle

über den

Reichsfürsten-Stand der Burggrafen zu Nürnberg.

17. März 1363.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis feliciter Amen. Karolus Quartus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus Et Boemie Rex, Ad perpetuam rei memoriam. Quamuis rationabili fidedignorum testimonio dudum informata sit nostra Serenitas, Qualiter spectabiles *Nurembergenses Burggrauii* ab antiquo tempore nobilitate sua *Illustribus Principibus parificati* sint et fuerint, et adhuc in omnibus et singulis nobilitate Principum pociantur; Quia tamen nonnulli predecessores eorum huiusmodi libertates et honores in aliqua parte sic neglexisse noscuntur et eas prosecuti non sunt tali diligencia, quod in hominum communi permanerent noticia, sicut dignitas et honor Officii Burggrauiatu huiusmodi merito requirebat: Quapropter attendentes, quod Burggrauiatu Nurembergensis Sacri Imperii nobile membrum existit, ad hoc intencio nostra, racione suadente, dirigitur, quod iidem Burggrauii, heredes et successores eorum penes huiusmodi honores, gracias et dignitates, adiutorio Imperialis clemencie, rite permaneant infuturum, Et ob hoc animo deliberato, Principum, Comitum, Baronum et procerum sacri Imperii accedente consilio, de certa sciencia et de Imperialis potestatis plenitudine sentenciamus, declaramus et dicimus, quod Spectabilis *Fridericus Burggrauius Nurembergensis*, heredes et successores sui Burggrauii Nurembergenses, imperpetuum Illustrium Principum sacri Imperii Juribus dignitatibus, libertatibus et honoribus gaudere et potiri debeant in Judiciis et in omnibus aliis causis et negociis, quecunque sint, aut quibus valeant specialibus nominibus appellari, Et nominatim, quod potestatem habeant cum Imperii sacri Principibus ad inuenire, diffinire et dare Juris Sentencias super omnibus causis et negociis, siue corpus res conspiciant, vel honorem, Et hoc in Imperiali Curia, uel alibi, ubicumque continget principes presidere Judiciis, vel loco Scabinorum, quodque ipsi Illustrium Principum

Jure pociantur et gaudeant, si ad actus duelli appellati, vel prouocati fuerint, seu ipsimet alios ad actus consimiles duellariter prouocarent, qui Illustrium Principum dignitate, vel honore quomodo libet potirentur. Sentenciamus, declaramus et dicimus eciam, quod prefatorum Burggrauiorum Nurembergensium, heredum et successorum suorum homines imperpetuum, puta Milites, Clientes, Judices, Ciues et Rustici, quilibet in suo statu, omnibus Juribus, graciis et prerogatiuis frui et potiri debeant in rebus, honore, bonis et omnibus aliis causis et negociis suis, quibus homines aliorum Illustrium Principum Imperii pociuntur et gaudent, quemadmodum ipsi Principes et homines eorum huiusmodi libertates vsque ad hec tempora continuasse noscuntur antiqua consuetudine, uel de Jure. Sentenciamus, declaramus et dicimus eciam, quod antedictorum Burggrauiorum Nurembergensium, heredum et successorum suorum homines imperpetuum, uidelicet Milites, Clientes, Judices, Ciues, Rustici et omnes seruitores ac subsidies eorum et omnia bona et homines ipsorum coram nullo alio Iudicio, nisi coram ipsis Burggrauis Nurembergensibus et eorum Iudiciis citari possint, aut valeant, neque obligati sint, alibi comparere, aut respondere cuiquam de objectis. Si uero, aduersus presentis nostre declaracionis edictum, ad aliqua aliena Iudicia citarentur, Extunc decernimus, ipsam citacionem, sentencias et omnia inde sequencia carere viribus et nullius esse roboris, aut momenti, Nolentes eciam, ex hoc dictis Burggrauis, heredibus et successoribus eorum imperpetuum, necnon hominibus ipsorum coniunctim, uel diuisim aliquod preiudicium generari, Nisi forsitan actores coram antedictis ipsorum Iudiciis notorie iusticiam consequi non valerent, tunc et in eo casu licebit ipsis actoribus, ad Imperialem prouocare Curiam et ibi querela deposita recipere, quod est Juris. Considerantes eciam et in nostre mentis acie sollicite reuoluentes, grata, fidelia et dudum continuata seruicia, que nobis et sacro Imperio prefati Burggrauis Nurembergenses, progenitores et predecessores eorum, haecenus fecisse noscuntur et facere debebunt et poterunt prestancius infuturum, ipsis heredibus et successoribus eorum imperpetuum, de speciali gracia ac de certa nostra sciencia, concessimus, contulimus, concedimus et conferimus in verum ac perpetuum feodum omnes Auri, Argenti, Cupri, ferri, plumbi, Stanni ac omnium minerarum Montana et fodinas, que in ipsorum terris et dominiis inuente sunt actenus, seu reperte fuerint infuturum, Condicione tali, quod ipsi omnes fructus eosdem in vtilitatem et commodum suum proprium conuertere et applicare possint et debeant, iuxta sue beneplacitum voluntatis. Quodque ipsi, heredes et successores eorum imperpetuum eadem Montana, Mineras et omnia ab eis dependencia, sicut ad nostram Majestatem et sacrum Imperium pertinuisse noscuntur, cum omnibus Juribus et

utilitatibus in verum et perpetuum feodum omni tempore habere et possidere debeant, impedimento quolibet proculmoto, Sique nos, vel predecesores nostri; diui Romanorum Imperatores uel Reges, aliquibus forte Principibus, Comitibus, Baronibus, liberis, ministerialibus, Militibus, Clientibus, Ciuitatibus, Opidis, Monasteriis, seu quibuslibet aliis aliquas tales gracias, Jura et libertates dedissimus actenus, seu daremus imposterum, quibus antedicti Burggrauii Nurembergenses, heredes et successores eorum, nec non ipsorum dominia et Iudicia prouincialia in Nuremberga debilitata forent, aut lesa, in aliquo ledi aut debilitari possent imposterum: Decernimus, quod eadem donacio, seu donaciones aduersus presentis nostre declaracionis indultum nullam vim habeant, seu possint habere aliquo infuturum, Reuocantes donationes huiusmodi de Imperialis potestatis plenitudine, Si et in quantum prefatis Burggrauis, heredibus et successoribus eorum censentur aliquod preiudicium generare, Non obstantibus Legibus et Statutis Imperialibus, publicis, communibus, municipalibus, seu priuatis, Nec non vsibus, ordinacionibus et obseruanciis quibuscumque, scriptis vel non scriptis, Et specialiter ac expresse non obstante lege Imperiali, seu Statuto, quam, uel quod pridem in Ciuitate nostra Metensi de consilio Principum fecimus et conscribi atque sigillari mandauimus, videlicet quod nulli liceat Montanorum, uel Minere prorsus habere dominium, nisi dumtaxat Principibus Electoribus, sicut eiusdem legis ac Statuti condicio plenius declarauit, Et non obstantibus quibusue consuetudinibus, quibuscumque modis introducte noscantur, Decernentes, quod hec omnia et eorum quodlibet non debeant antedictis Burggrauis in prefatis ipsorum dominiis, priuilegiis, libertatibus, graciis et in omnibus, que expressata sunt superius, aliquem errorem inducere seu dampnum, impedimentum, aut preiudicium generare, Supplentes eciam omnem defectum, siquis in presentibus nostris litteris, defectu, uel obscuritate verborum, aut sententiarum, aut sollempnitatis demisse, uel quouis alio modo repertus fuerit de Imperiali plenitudine potestatis. Nulli ergo hominum liceat, hanc nostre diffinicionis, declaracionis, decreti, inhibicionis et defectuum supplecionis paginam infringere, seu ei quouis ausu temerario contraire, Sub pena Mille Marcarum auri purissimi, quam ab eo, seu eis, qui contrafecerit, tocies, quocies contrafactum fuerit, irremissibiliter exigi volumus, et eius medietatem nostri Imperialis Erarii, siue fisci, Residuam vero partem iniuriam passorum vsibus decernimus applicandam. Qua pena soluta, uel non, semper nostre intencionis existit, quod prefate libertates, priuilegia, littere et gracie sub omnibus modis ac de verbo ad verbum, prout expressantur superius, absque impedimento quolibet in suo robore perseuerent. [*Signum Serenissimi Principis et domini, domini Karoli Quarti Romanorum Imperatoris Inuictissimi et*

Gloriosissimi, Boemie Regis.] Testes huius rei sunt: Venerabilis Gerlacus Maguntinensis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Alamaniam Archicancellarius, Illustres Rupertus Senior Comes Palatinus Reni, Sacri Imperii Archidapifer, Ludowicus Romanus Marchio Brandenburgensis et Lusacie, Sacri Imperii Archicamerarius, Principes Electores; et Venerabiles Arnestus Archiepiscopus Pragensis, Johannes Luthmuschlensis, Imperialis nostre Aule Cancellarius, Johannes Olomucensis, *Fridericus Ratisponensis*, Marquardus Augustensis, *Bertoldus Eystetensis*, Theodericus Wormaciensis Et Petrus Curiensis Ecclesiarum Episcopi; Illustres Johannes Marchio Moraue, Stephanus senior et fridericus ipsius filius Bauarie, Bolco Swidnicensis, Przimslaus Teschinensis, Johannes Opaue et Henricus Bregensis Duces; Spectabiles Ebirhardus de Wirtemberg, Adolffus de Nassow, Henricus de Swarczburg, Vlricus de Helfenstein, Wilhelmus de Kaczenelbogen et Wilhelmus de Ebirstein Comites; Nobiles Vlricus de Hanow, Gerlacus de Hoenlouch, Philippus de Isemburg, Gozzo de Brunek, Wilhelmus de Rechsperc, Heinricus Bauarus de Bopardia, Thimo de Koldiez et quamplures alii nostri et Imperii Sacri principes, nobiles et fideles. Presencium, sub Bulla Aurea, Typario Imperialis nostre Maiestatis impressa, testimonio litterarum, Datum *Nuremberg*, Anno domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimotercio, Indictione Quintadecima, XVI. Kalend. Aprilis, Regnorum nostrorum Anno Decimo septimo, Imperii vero Octauo. [Ego Johannes dei gracia luthomuschlensis Episcopus, Sacre Imperialis aule Cancellarius, vice Reuerendi in Christo patris domini Gerlaci Moguntinensis archi Episcopi, Sacri Imperii per Germaniam archi Cancellarii, Recognoui.] *)

Original im Königlich Bairischen Reichsarchiue.

Die Goldene Bulle ist abgerissen.

Vergl. die Abdrücke bei Falkenstein Nordg. Alterth. III. S. 163 ff., Hänlein u. Kretschmann Staatsarchiv d. Preuss. Fürstenth. in Franken Bd. I. Abth. II. S. 341 fg. u. A. m.

Die zu diesem Reichsfürsten-Privilegium gehörigen Kurfürstlichen *Willebriefe* s. unter Nr. XXI., XXIV., LXXIII., CLXXXVI. und CXCIV.

*) Die Recognitions-Formel des Canzlers ist von anderer Hand als das Diplom.

Reichsfürsten - Privilegium der Burggrafen zu Nürnberg.

(Deutsche Ausfertigung.)

17. März 1363.

Wir Karl von gotes genaden Romischer Keiser, zu allen zeiten Merer des Reichs vnd Kunig zu Beheim, Bekennen vnd tun kunt offenlich mit dysem brieue allen den, die in sehen oder horen lesen. Wie wol daz sei, das wir mit redlicher kuntschaft trewirdiger fromer leute genczlich vnderweiset sein, daz die Edlen *Burggrauen von Nuremberg* von alden zeiten ir adel also herbracht haben, daz sie allenwege *fürsten genozz* gewesen sint, vnd noch sein in allen dingen, Doch seit demmal, das ire vordern sulche freiheit vnd ere in etlicher mazze vorsaumet haben, das sie dornach nicht so hefftiglich, noch mit sulchem fleizze gestanden haben, das es also lantkundig vnd offenbar wurde, als die wirde vnd ere desselben Burggrauen Amptes billichen angehoret: Des ist vnser meynung, wenn *das Burggraff Ampt ein edles wirdiges gelyt des heiligen Reichs ist*, das wir dieselben Burggrauen, ire erben vnd nochkomen, bey sulchen eren, genaden vnd werden behalden wollen, mit besonderer keiserlicher gute. Vnd douon mit wolbedachtem mute, mit rate der fürsten, [Grau]en, freyen vnd edlen, vnser vnd des Reichs getrewen, mit rechter wizen vnd mit keiserlicher mechte vollenkommenheit, vrteilen, leutern vnd sprechen wir, Das der Edle *Fridrich Burggraue zu Nuremberg*, sein erben vnd nochkomen, ewelichen *Burggrauen zu Nuremberg, hochgeborner des heiligen Reichs fürsten Recht, wirde, freiheit vnd ere haben sullen*, in gerichte vnd in allen sachen vnd dingen, welherley die sint, vnd wie man die benennen mag, [Vnd] bey namen: mit des Reichs fürsten vrteil zu fynden, zuteilen vnd zugeben vber alle sache, die leip, gut vnd ere antreten, in des Reichs houe, oder wo sich das geböret, das fürsten zu [g]erichte siczzen, oder an schepfen stat; Vnd besunder, das sie hochgeborner fürsten Recht haben sullen, ob sie kemplichen angesprochen wurden, oder ob sie selber ymanden kemplichen ansprechen, der ein hochgeborner furste, oder in fürsten werden were. Ouch vrteilen, leute[rn v]nd sprechen wir, das alle der egenanten Burggrauen von Nuremberg, irer erben vnd nachkomen, leute ewelichen, es seint Rytter, knechte, Richtere, Burger, gebawer, yederman in sei[nem] wesen alle die recht, genade vnd furteil haben [sul]len an leibe, ere vnd gute vnd an allen sachen, die ander hochgeborner fürsten des Reichs leute haben, wie das bey denselben fürsten vnd irr freiheit mit rechte oder mit

alder gewonheit herkomen ist. Ouch vrteiln, leutern vnd sprechen wir, daz man der egenanten *Burggrauen von Nuremberg*, irer erben vnd nachkomen leute ewelichen, es seint Rittere, knechte, Richtere, Burgere, gebawer, vnd alle ire diener vnd vndersezzen, vnd alle ir gut vnd leute, fur kein ander gerichte, newr fur irselbes gerichte, laden sol, noch mag, vnd sie ouch nicht pflichtig sein anderswo zugesteen, oder sich zuuorantwrten. Vnd ob sie vber das fur dhein ander gerichte geladen wurden, so sol dieselbe ladunge, vrteil vnd alle sache, die dorumb geschehen, genczlichen absein, vnd keine crafft haben, vnd den egenanten Burggrauen, iren erben vnd nachkomen ewelichen, vnd iren leuten besampt vnd besunder keinen schaden bringen, Es were denn sache, das den clagern vor den egenanten iren gerichtent kuntlichen recht nicht widerfaren möchte, So mügen dieselben vorderere vor dem Reiche sich wol erclagen, vnd doselbest ires rechten warten. Ouch haben wir geliehen, vnd leihen ouch von keiserlichen genaden vnd mit rechter wizen den vorgeantanten *Burggrauen von Nuremberg*, iren erben vnd nachkomen ewelichen, durch getrewer steter dienste willen, die sie vns vnd dem Reiche getan haben vnd noch tun mugen vnd sullen, zu einem rechten, ewigen lehen, alle Goltwerk, Silberwerk, kupferwerk, Eysenwerk, Bleywerk, Czynwerk vnd alles das do Ercz heizzet, das in iren landen vnd herschefften funden ist, oder noch funden wirdet, das sie dasselbe in iren eigen nucz vnd fromen keren vnd wenden mugen vnd sullen, noch allem irem willen, vnd das sie vnd ir erben vnd nachkomen ewelic[hen] diesselben, als es zu dem Reiche vnd vns gehort hat, mit allen seinen rechten vnd nützzen, zu einem rechten ewelichen lehen allezeit haben vnd besiczzen sullen, on alles hindernuzz. Wer ouch, das wir, oder dheim vnsere vorf[aren] an dem Reiche, dheimen fursten, Grauen, herrn, freyen, dienstmann, Rittern oder knechten, Steten oder Merkten, Clostern oder ymanden anders sulche genade, recht oder freiheit geben hetten, oder noch geben wurden, domit der ege[nanten] *Burggrauen von Nuremberg*, irer erben vnd nachkomen herrschafft, oder lantgerichte zu Nuremberg gekrenket oder geswecht muhte werden, das sol wider dysen brieff keine crafft, noch macht haben, noch gewynnen [in] dheimenweis, vnd widerruffen das [mit vnsere] keiserlicher macht, als verre es den egenanten Burggrauen von Nuremberg, iren erben vnd nachkomen zu schaden komen mochte. Ouch meinen vnd wollen wir mit [gutem rat vnd] rechter wizen, vnd mit vollenkomenheit keiserlicher mechte, das keynerley keiser Recht, Gesezze, Ordnung der gemeinscheffte, oder der Stete, beschribens, oder vmbeschribens, vnd beynamen das gesezze, das w[ir] vormal]s zu *Metz* mit der fursten rat gemachet, vorschriben vnd vorsigelt haben, das nymant Bergwerk, oder ercz, nür alleine

die kurfürsten haben sullen, Vnd alle ander behaltनुझे, vbungē vnd gewonheit, wie die herkommen seint, den egenanten *Burggrauen von Nuremberg* in den egenanten iren herschefften, hantuesten, freiheiten, genaden vnd in allen den, das douor begriffen ist, keynen schaden, irrsal, oder hyndernuzze in dheinenweis bringen sullen. Ouch erfüllen wir allen gebrechen, ob dheiner in dysem brieue durch gebrechen der worte vnd des synnes, oder durch vynsternuzze vnd vnuornemlichkeit der synne vnd der worte, oder ob etliche schonheit vnd czierheit, die dorezu gehoret, vnderwegen gelazzen ist, oder in welchem weizz der gebreche offenbar wurde, vnd wollen, das er leuterlich vnd gentzlich erfüllet vnd ergenczet sey, mit vollenkommenheit vnser keiserlicher mechte. Ouch vordieten wir allermenniglich, das nymand wider dysen brieff vnd hantueste vnd alles das dorynnen begriffen ist, in dheinenweis tun sulle; Wer aber dawider tete, in welchen wurden, eren, oder wesen der sei, der sol zuhant Tausent Mark lotiges goldes zu rechter peen vorvallen sein, vnd dieselben peen sol halb vnser vnd des Reichs keiserlicher Camer vnd das ander halb teil den egenanten *Burggrauen von Nuremberg* vnuorzogenlichen werden. Ouch ist vnser meynunge, dieselben pene werden bezalt oder nicht, das dennoch dyse freiheiten, hantuesten, brieue vnd ouch genaden in aller der mazze vnd von worte zu worte, als sie douor begriffen seint, on alles hindernuzz in iren crefften bleiben. Des seint gezeuge: der Erwürdige Gerlach Erczbyschoff zu Meynez, des heiligen Reichs Erczcanczler in deutschen Landen, vnd die hochgebornen Ruprecht der Elter Pfalczgraue bey Reyn, des heiligen Reichs Ercztruchsezz, Ludweig genant der Romer Marggraue zu Brandenburg vnd zu Lusicz, des heiligen Reichs Erczcamerer, kurfürsten; die Erwürdigen Arnest Erczbischoff zu Prag, Johans zum Luthmuschel, vnser keiserlichen Sales Canczler, Johans zu Olmuncz, fridreich zu Regensburg, Marequard zu Auspurg, Berchtold zu Eysteten, Dietrich zu Wormazz vnd Petir zu Chür der kirchen Byschoue; die Hochgebornen Johans Marggraue zu Merhern, Stephan der Elter vnd fridreich sein Son zu Beyern, Bolke zu der Swidnicz vnd zum Jauor, Przymslaw zu Teschin, Johans zu Troppow vnd Heinrich zum Brige, Herczogen; vnd die Edlen Ebrehart von Wirtemberg, Adolff von Nassow, Heinrich von Swarczburg, Vlrich von Helfenstein, Wilhelm von Kaczenelbogen vnd Wilhelm von Ebrestein, Grauen, vnd Vlrich von Hanow, Gerlach von Hohenloch, Philip von Isemburg, Goczso von Brunekk, Wilhelm von Rechsperg, Heinrich Beyer von Bopard, Thyme von [koldicz] vnd Leupold von Nortemberg, vnd ouch vil andere Edle vnd trewirdige leute, vnser vnd des Reichs lieben getrewen. Mit vrkund diez brieues vorsigelt mit vnser keiserlicher Maiestat Insigel, Der geben ist zu

Nuremberg, nach Crists geburt Dreyzenhundert Jare, dornach in dem Drey vnd Sechzigstem Jare, an dem nehsten freitage vor dem Suntage so man singet Judica in der Vasten, vnserr Reiche in dem Sybenzendem vnd des keiser-tums in dem Achten Jare.

Original im Königl. Bairischen Reichsarchiv.

Das Kaiserliche Siegel ist abgerissen; das Pergament an den bezeichneten Stellen schadhafft.

Vergl. die hofgerichtliche Confirmation dieser gleichzeitigen deutschen Ausfertigung des Burggräf. Fürsten-Diploms, unter Nr. LXIV.